Universitätsbibliothek Paderborn

Hexameron Mysteriologicvm in quo ex Gen. c. 1. Cosmopoeja Hominis Lapsi Mystica id est Omnia omnium à Creatione Mundi statuum propriè dicta Sacramenta salutis perditae restaurativa nec non Hierarchia ...

Stummel, Friedrich
Sneps, Martin

Herbipoli, 1663

Reseratio Qvarta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9468

Visual Library

RESERATIO QVARTA.

Opus ſecundæ diei Symbolicè demonſtrat circumciſionem, eamq; eſſe Sacramentum propriè dictum, definitur.

DIctum; factum: factum? O Pagane! ergò non eſt Deus, hic enim per eſſe à ſe conſtituitur, ſed *firmamentum* ſecernens inferna à ſupernis, quod in myſticâ intelligentiâ congruenter indigitat Circumciſionis myſterium, quæ dividebat in lege ſcriptâ ſordes à munditiâ, Religionem veram à falsâ, *aquas* peccati originalis *ſub firmamento, ab aquis* gratiæ ſupernaturalis, *quæ erant ſupra firmamentum.* ad Rom. 3.1. *Quid ergo amplius Judæo eſt? aut quæ utilitas circumciſionis? multum per omnem modum*, profectò, non enim

enim fuit circumciſio infirmũ & egenum elementum, uti cœteri Judæorum ritus & myſteria, ſed *firmamentum* quaſi ære ſempiterni fœderis fuſum ſolidisſimô: *hoc eſt pactum me-* Gen. 17
um quod obſervabitis inter vos v. 10.
& me, & ſemen tuum poſt te circumcidetur ex vobis omne maſculinum &c. ut ſit in ſignum fœ- v. 11.
deris inter me & vos; quid eſt, *ut ſit in ſignum fœderis?* ut ſit ſtabilis ac ſolemnis ad cultum Dei religioſum, hominumque ſanctitatem à Deo ordinata ceremonia, per quam in uno nomine Religionis conveniens ſtirps Abrahæ ſanctificaretur, & Deum ſuæ Religionis Authorem profiteretur. Fuit proinde circumciſio verum ac propriè dictum Sacramentum

delens originale peccatum, cauſansque ex opere operato gratiam ſanctificantem, quin Scriptura, Concilia & Patres nobis adverſentur, ſed lege reſer. ſeq.

RESERATIO QVINTA.

Circumciſionis obligatio. Stat reſpectivè Remedium legis naturæ. Vtrumq; extinguitur in Chriſto, & fit Veſpere & manè dies ſecundus.

CIrcumciſio maſculis Hebræorum, quibus licitè & commodè adhiberi poterat, neceſſaria fuit neceſſitate medij,
v. 14. eod. *Maſculus enim cujus præputij caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo, quia pactum meum irritum fecit.* Reſponde, ſi potes, cur ipſe Iſaac, ait, S. Auguſtinus l. 3. contra

Ju-